UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXVII. † Ad SS. Apostolos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64564

Visual Library

Agrippinenſis reformaretur, Miraculoſa hæc Chriſti Imago arida ex * maceria in Cœnobij ambitu Religioſæ piiſſimæq; Virginis deuotioni Deo permittente excreuit.

NB. Archiepũs erat Hẽricus de Moleuarck.

*muraта, muro.

XXVI. ✠

AD S. MAXIMInum.

In Eccleſia S. Maximini ingens aurea Crux eſt, cui hæ Reliquiæ includuntur:

De Cruce Domini Noſtri IESV Chriſti, De Sudario, quod poſitum fuerat ſuper Caput Ieſu: De Sindone, qua inuolutus Dominus Ieſus ſepultus fuerat : De loco inuentionis S. Crucis Domini noſtri: De Veſte alba, qua indutus fuerat coram Herode: De purpurea Veſte, in qua potatus fuerat aceto & felle : De loco, in quo Mariâ obuiante Ieſus cum Cruce cecidit in terram.

XXVII. ✠

AD SS. APOSTOLOS.

In SS. Apoſtolorum Baſilica, Crucifixus

Crucifixus gigantea ſtatura Reliq̃s refertus

fixus eſt cum B V. Mariæ, & dilecti Apoſtoli Ioannis ſtatuis gigantea planè ſtatura. Ipſa quidem corporum moles aliquid deformitatis pręſefert, quia Reliquiis tamen Crux referta creditur, celebrioribus meritò accenſetur. Quanti porrò Maiores noſtri mauſolæum hoc æſtimarint, tum ipſe tholus quo operitur, tum circumiecta crates, & candelabrorum multitudo argumento ſunt poſteritati.

XXVIII. ✠ LINNENSIS.

Crux Linnenſis annua proceßione celebris.

Linnæ, inferioris diœceſeos Colonienſis oppido, parochialis B. Margaritæ Eccleſia, crucem habet miraculis, & annua ſupplicatione celebrem, in qua ſolebant pro Concione, eius miracula prælegi. Hîc Indulgentias etiam Linnenſem crucem venerantibus, ſuperiori ſæculo conceſſas, vidi. Diploma Indulgentiarum ſic habet.

Indulgẽtiæ cru-

Raphael Oſtien. Dominicus Portuen Franciſcus Præneſtienſis, & Franciſcus Albanien-